



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesius**

**Sammieli, 1613**

De qualitate ordinat. c. 93.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

**A** Ministris ab Ecclesia non toleratis, quales sunt haeretici, & nominatim excommunicati, ac publici clericorum percussores nisi in articulo mortis, nullum sacram. ( Baptismo excepto) recipere licet. A toleratis vero etiam excommunicatis, modo non nominatim, nec sint publici percussores clerici, si expositi fuerint licebit recipere, quamvis illi pescant ministrando: sunt enim sicut fax accensa, quæ alios illuminans, se ipsam destruit. A malis, quibus ex officio incumbit, non modo recipere, sed & petere licet, quia nullius malitia debet alterius iuris derogare. Sed non ab iis qui non tenentur ex officio & non sunt expositi, saltem extra necessitatem.

*De qualitate ordinatorum. C. 94.*

**Q** Vinque potissimum sunt quæ in ordinatis requiruntur; Charitas, Religio, San-

&itas, Scientia, & Prudentia. \* Charitas requiritur, quia ordinati sunt medi inter Dsum & populū, ad hoc electi ut Deum pro cæteris orient. \* Religio, quia cultui sacro sunt addicti, Sanctitas, quia de ipsi scriptum est: Sancti erunt Deo suo, & non polluent nomen eius: incensum enim Domini, & panes Dei sui offerunt, Leuitici cap. 22. Scientia, ut in minoribus ordinibus constituti, exactè legere, & pronunciare sciant, & aliquo modo latine intelligant. Subdiaconi & Diaconi intelligant quæ latine legunt, licet mysteria ipsa non ita calleant: Sacerdotes aliqualem scripturaræ sacræ intelligentiam habeant: Curatus totam doctrinam Christianā, peccata quæ ordinariè committuntur, casus reservatos & censuras probè sciatur. \* Prudentia demum, quia est forma aliarum virtutum, & omnia dirigit in debitum finem.

\* Finis primi Libri. \*